

**4673** Brixiae fuit in monasterio Caritatis, est in museo.

L · PETRONIVS  
VENVSTVS  
PATER

Contuli. Ioli cat. f. 71.

**4674** Chiari in aedibus praepositi Morcelli.

D M  
PHILETVS  
HOSTILIAES · FEC  
POSTERISQ · SVIS

Labus ms. et tribù e dec. (1813) p. 31.

2 ante PHILETVS spatium vacuum esse testatur Labus, relictum fortasse ut insererentur ibi nomina sperata ex manumissione futura.

**4675** Brixiae ad ostium sacelli divi Augustini per quod ingredimur curiam interioris palatii residentiae magnifici domini praefecti TRAIECT. Nunc in medio curtis Broleti intrinsecus MANUTIUS.

D · M  
PLINIAE · HERMIONE  
HELVIA · ATILIANA  
MATRI · RARISSIMAE

Habent Marinus Becichemus in collectaneis in primum Plinii librum (Brixiae 1503 fol.) f. 62' et Solatiani Traiectinus n. 65 et Mediceus n. 48, item, ex lapide opinor, Nazari p. 51 (inde Grut. 736, 12); Arragonensis ms. n. 48 = 134; Manutius cod. 5235 II f. 68; Rossi p. 255; Gnocchi p. 173 a prioribus.

1 HERMIONI= Manut., HERMION reliqui. — 4 RARISSIMA Naz., RARISSIM Trai. Med. Arr. Man., RARISS Becich.

**4680** Brixiae ad ianuam quae est sub fornice Patronorum TOTTI similiterque ARR., in *Ruetta all' angolo della casa Roveghi* GNOCCHI. Adhuc ibidem in aedibus n. 3141. — In S. Iuliae ROSSI.

ARBITRATV · P · POPILLI · VALI

Contuli. Arragonensis ms. n. 143 = 27, ed. n. 8 et apud Totitium p. 103 n. 290; Manutius orth. 616, 5 (inde Grut. 896, 6); Rossi ms. f. 167; Vinaccesi in add. p. 315; Gnocchi p. 219 qui vidit.

Rossi sic interpolavit: ARBITRATVR POPILI VALE....|....  
...|... CONTRA-VOTVM.

**4681** Concesii in ecclesia ad pilam aquae sanctae.

P · POSTVMIVS  
HERMES · SIBI  
ET · POSTVMIAE · P  
LIB · POLITICE · VXORI

Servavit Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 150, cod. Verderiano p. 83, 1 (inde Grut. 818, 10). Ab eo Traiectinus n. 119; Mediceus n. 127; Arragonensis ms. n. 237 = 373; Manutius orth. 627, 13 (inde Ligorius ms. Taur. 4; Grut. 951, 15); Rossi ms. p. 155' et *lettere* (1621) p. 30; Vinaccesi in add. p. 298; Gnocchi ms. p. 230 a prioribus.

4 POLITICAE Ferr. (Verd.) Arr. (rec. 2.).

**4676** litteris magnis et certis. Brixiae in pariete hospitalis extra S. Francisci aedem TUSCANELLA et RELIQUI CYRIACANI. *Nel muro di una bottega incontro alla porta di S. Francesco* ACCURS. Ad angulum magistri Simonis tonsoris prope S. Franciscum ARRAG. *Nella pilastrata ad una bottega all' incontro la chiesa di S. Francesco* SONCINO. *Alla Spezieria di S. Francesco rivolta a levante* GNOCCHI. *Era alla spezieria del Sig. Agostino Baronio a S. Francesco sull' angolo di S. Tommaso* IOLI.

L · POBLICIVS  
HEBENVVS  
SIBI · ET · OPTATAE  
MVLVIAE · CONAB sic  
5 ET · VELLIAE · FIRMAE  
PISAINAE

Contuli. Habent Tuscanella apud Cyriacum p. 65 n. 174 et auctores Cyriacanos (cod. Scalamentii Tarvisinus f. 86 n. 10; Marcanova Bern. n. 622, Mut. f. 137 n. 1; Felicianus Brix. A 1; Sanutus f. 79'; Ferrarinus cod. Bat. f. 59 et cod. Reg. n. 117 et cod. Verderiano p. 65, 2, unde sumpsit Grut. 989, 5; Redianus f. 84 n. 21; Gammarius f. 84. 107; Lilius f. 51; Iucundus f. 197 n. 12; Chig. I. VI. 203 f. 38'). Indidem pendere videntur auctores Solatiani Traiectinus n. 59 et Mediceus n. 75. Denuo ex lapide Alciatus n. 16 (inde Choler. f. 48; Apianus 63, 1), ubi exhibetur conflata cum n. 4688; Accursius ms. n. 19; Arragonensis ms. n. 153 = 259 (inde Rossi p. 259); Manutius cod. Vat. 5237 f. 77; Soncino ms. f. 13; Gnocchi ms. p. 212; Brognoli ms.; Ioli cat. f. 48.

4 CONTVB Cyriacani quidam (Scalam., Felic., Marcan. Mut., Ferrar., Iuc.) et Solatiani omnes; veram lectionem revocaverunt Arragonensis et correctores Tottiani et Medicei. Erravit autem opinor quadratarius; nam de contabernaria non cogitaverim.

**4677** Brixiae ad S. Faustini.

L · POLEM<sup>o</sup>  
F · i · HS · C  
ARBITR<sup>atu</sup>  
ORNELI  
5 RIONIS · FI

Mediceus in add. n. 313.

2 FT traditur.

**4678** Brixiae nuper inventum SAN. Rep. in suburbio S. Iacobi ad flumen Mellae CORS. similiterque MED. Ad forum piscium ARRAG.

C · POPILIO  
IVCVNDO · ET  
FVLVIAE · APSTINENT<sup>i</sup>  
CONTVBERNALI  
5 AMICIS

Habent Sanutus f. 80', ubi postea adscripta est (cf. n. 4668); Continuator, scilicet Volpatus n. 71 = cod. Bononii Cicognianus 1874 f. 51, Corsinianus n. 92, Mediceus n. 111; Arragonensis ms. n. 43 = 56, ed. n. 68; Rossi apud Grut. 1134, 5 et *mem. Bresc.* p. 250 (inde Gnocchi ms. p. 217).

1 L. pro C. San. et Arr. (ed.). — 3 APSTINENT<sup>i</sup> Bononius Arr. (ms. rec. 1), APSTINENT<sup>i</sup> San., ABSTINENT<sup>i</sup> Volp. Arr. (ms. rec. 2 et ed.) Rossi.

**4679** ad S. Iacobi de Castenedolo monachorum S. Euphemiae in pariete ecclesiae GNOCCHI. Nunc fracta Brixiae in museo.

L · POPILLIVS · L · F  
SENE X  
TRAVIA · P · F · SECCI  
MEMORIAE · CAUSA

Contuli quod superest. Gnocchi ms. p. 233 (inde Donat. 412, 19); Brognoli misc.

Quae iam non extant, dedi inclinatis.

**4682** Brixiae ad fontem rue pelleariorum prope ecclesiam S. Faustini maioris FERRARINUS; ad fontem qui est infra fornicem S. Faustini in vico q. d. *la Roua* ARRAGONENSIS; *nella fonte di S. Faustino in strata in capo della roua de' confettori* SONC. Deinde apud Averoldios, qui dederunt museo.

L · POSTVMIVS · L · F  
INGENVVS  
SIBI · ET · L · POSTVMIO · P · F  
STABILI · SORORI  
5 QVINTIAE · SATVLLAE  
ET · EXORATAE · SORORIS · FILIS  
SERVIS · ANCILLIS · SVO · QVOQVE · NOMINE · DEFVNCTIS · XXIX sic

Contuli. Habent integram Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 147, cod. Verderiano p. 78 (inde Grut. 885, 15); Traiectinus n. 60; Mediceus n. 86. Bipertitam denuo ex lapide proponunt Arragonensis ms. n. 141. 142 = 262. 266; Soncino ms. f. 14; Rossi p. 259. 267; Averoldo p. 288. 285; Gnocchi p. 201. 207 (inde alteram partem dedit Donat. 413, 4); Ioli cat. mus. f. 64.

4. 5 spatia vacua sic reliquit quadratarius; videtur is qui ei titulum dictavit sororis nomen ignorasse et spatium relictum esse ad id recipiendum. — 7 DEFVNCTIS · XV exempla omnia ante Arragonensem. Emenda DEFVNCTIS et sic interpretare monumentum destinari servis ancillis, quo quisque eorum nomine est, in testamento opinor vel in cautione recensitis numero XXIX, quandoque quisque eorum defunctus erit.